

berius nomine Germanici trecenos plebi sestertios viritum dedit, seque collegam consulatui eius destinavit. <sup>a</sup> Nec ideo syncerae fidei adsecutus, <sup>b</sup> amoliri iuuenem specie honoris statuit, struxitque causas, aut fortè oblatas arripuit. Rex Archelaus quinquagesimum annum Capadocia potiebatur inuisus Tyberio, <sup>c</sup> quod eum Rhodi agentem, nullo officio coluisset. Nec id Archelaus per superbiam omiserat, sed ab intemperatis Augusti monitis; quia florente C. Casare, missoque ad res Orientis, intempera Tyberij amicitia credebatur. Ut <sup>2</sup> versa Caesarum sobole, imperitum adeptus est, elicit Archelaum matris literis, quae non dissimulatis filij offensionibus clementiam offerebat, <sup>f</sup> si ad precandum veniret. Ille ignarus doli, vel <sup>5</sup> si intelligere crederetur, vim metuens, in urbem properat: exceptusque immittitur a principe, & mox accusatus in senatu, non ob crimina quae fingebantur, sed angore, simul fessus senio, & <sup>h</sup> quia regibus equa, nedum infima insolita sunt, finem vitae sponte an fato implevit. Regnum in provinciam redactum est, fructibusque eius <sup>i</sup> leuari possentessima vectigal professus Caesar, ducentessimam in posterum statuit.

r. Quemadmodum Archelaus Tyberio inuisus fuit quod cum Rhodi agentem nullo officio coluisset, ita Sulpitij Quirinij, quod eum ibidem agentem coluisset, in senatu officia laudavit ut est libro seq.  
2. i. Extincta, ut lib. 1. verso civitatis sit cui, i. plane extincta vetere republica, & lib. seq. abolitas leges, & funditus nefas, &c.

## OBSERVATIONES.

- a Non semper honos ad aliquem delatus syncerae illius à quo deferretur, in eum, qui honore honestatur, charitatis fidem facit.
- b Princeps si quem metuit, ob nimiam vulgi favorem, hunc specie honoris, procul amoveat ab oculis hominum. cuius rei si nulle, in praesentia, probabiles sunt cause, has ipse, quando res omnes & singula momenta in sua potestate habet, aut struat, aut fortè oblatas arripuit.
- c Etsi emulatio, aut odia inter principes viros eoque exarserunt, ut, qui ei adversatur, quem necessario colimus, huius amicitia nobis intempera videri possit, tamen inter tot rerum humanarum volutationes, hoc animo nostro semper obversari debet, eum, qui nunc rerum habenas tenet, parvo momento euerit, aut extingui posse; eumque fortasse ceteris mox imperitaturum, quem fortuna aut multis casibus iactat, aut in occulto tenet. Que cum ita sint, vir prudens nunquam quicquam committet, quo dicto, aut facto merito is offendi possit, qui aut iure sanguinis, aut singulari virtute, aut populorum voto, aliunde de causa destinatur; ne is imperium adeptus meritis ab eo poenas expectat, à quo se aliquando aut spretum, aut lesum esse meminit.
- d Cum cultus, & veneratio viris principibus, iure quodam illius dignitatis, quam obtinent, debeatur, satis constat, ab iis, à quibus nullo officio coluntur, aequè ledi eos, atque ab iis, à quibus aliquo facto offensi sunt. Itaque non satis est principes non ledere, verum etiam officio, quatenus licet, colendi sunt, huius rei illustre testimonium est Thrasea Patus: cui non quod quicquam in Neronem, aut Remp. deliquisset, objiciebatur; sed quod vni ipsi incolumitas Neronis sine honore esset; & talia multa quae leguntur lib. 16. Annal.
- e Haec est fallendi ratio omnium callidissima, nempe, verisimilia, atque adeo vera narrare ei, qui decipitur; nempe, ut securus dormiat, ac secum bona fide agi putet.
- f Clementia principis non indignus videtur is, qui cum armis se tutari possit, posita ferocia, principem precatur.
- g Saepius admonui, etsi quae in nos principes simulatè agunt, intelligimus, tamen non esse de re nostra ut intelligere videamur.
- h Reges non modò non infimo loco esse, sed ne aequo quidem iure cum ceteris vivere, & in ordinem cogi possunt.
- i Accessione fructuosa alicuius provinciae ceteris oneribus levari à principe aequum est, ut quare amplitudo imperij, hac eadem continetur utilitas eorum, quorum opera partum est.